

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Vitam actiuam ad religiosos etiam rerum temporalium administros
pertinere, & hi quales futuri sint. Cap. xxvj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Lucas 18.
13.
Lucas 7.
38.

Lucas 23.
42.

Lucas 23.
43.

1 Cor. 15.
33.

Ierem. 14.
19.

Tha.
Cap. dia-
log. nouis.
c. 4.

oratio, ac meditatio est magistra scientiae, quam nō uitius nescit; dux viæ, quam ignorat, medicamentum vitiorum, quibus ægrotat, fratum est passionum, mūdita peccatorum, expultrix pusillanimitatis, effectrix stabilitatis, quæ ipsi ad perseverandū est necessaria. Publicanus ab oratione suam cōuerſionem incepit, non sine ingenti humilitate, & tunſione peccatoris, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.] Magdalena ab oratione nouam vitam inchoauit: Lacrymis enim pedes Domini rigabat, crinibus lotos tergebat, labiis oscula tergis pedibus imprimebat, vnguento pretioso osculatos vngebat, & his indicis feruorem intimam orationis, & validam compunctionis offendebat, qua erratorum veniam impetrabat. Latro ab oratione quoq; sumpsit suæ cōuerſionis exordium, Nam conuersus ad Iesum, ita precatus est. Domine, memento mei cùm veneris in regnum tuū.] Oratio publicano venia p̄buit. Oratio latroni paradisum impetravit. Denique in initio pœnitentia suæ audit. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo.] Ab oratione ergo nouus Christi miles nouam militiam incipiat, non quidem tantum ab ea, quæ voce fit, sed ab ea, quæ sola mente & consideratione perficitur, cuius fructus est, animum crudire, affectus trāquillare, & nouum bellatorem fortissimis virtutum armis aduersus dæmonem communire. Valde miserum est incipientem religiosum, sola psalmorum decantatione occupari, nec misericordias sacerdotum, nec beneficia diuina, neque vitæ, & mortis saluatoris, singulis diebus per aliquot horas euoluere. Si enim in vitæ spiritualis initio orationi meditationisque non vacat, numquam meditationis consuetudinē capiet, qua sublata nescio sanè, quo paēto proficiet.

Quarum. Sæcularium allocutiones, cōsanguineorumque cōsortium nouitius, vt pestes, fugiat. Corrumptum enim bonos mores colloquia praua.] Et sic ut falsi, qui ex aqua efficiunt, in aquam conieciunt, falsis naturam amittit, & in aquam convertitur, ita nouus Christi seruus à sæculo per vitam religiosam eductus, ac sæcularium consortia, & familiaritatis, & colloquia rediens, aut iterum sæcularium efficitur, aut saltē memoria, & affectu in seculum, quod reliquerat, reuocatur. Illud inter alia cuique tyroni religioso Dominus in initio conuersionis p̄cipit, quod in Ieremias scriptum est, Conuertentur ipsi ad te, & tu nō conuertetis ad eos.] Quia tam studiis debet esse, & purus, vt sacerdotes suo exēplio, ad statū religiosum amplectendum alliciat, & tam cautus ac circumspectus, vt numquam ipsorum curas admittat, neq; si manifesta necessitate, ad eorum familiaritatē, aut colloquia se cōvertat. Multis Thomas à Campis hanc doctrinam confirmat, sed illo p̄cipiū inter alia. Tutiō loca inermibus, & infirmis sunt querenda. Arduum enim nimis in sæculo continenter viuere, & immunem se à peccato conseruare. David vir sanctus, fortis, & armatus, cùm persequitionem à Saul Rege pateretur, ad tutiora loca in deserto cum suis militibus ascēdit, ibidem latuit, donec sauitia hostis cessaret. Et tu ergo lōgē ab amicis, & sæcularibus hominibus discede, ne peccatis prauorum inuoluaris, & post casū inopinatum plangas te errasse, & p̄eniteat bonis consiliis non credidisse. Siquidem tenellus flos citio manu capit, tacitu lēditur, & facillimē spina perforatur: Sic imperitus iuuenis, & nouiter conuersus, nisi fugiat, & recedat à societate mundana, incendetur celeriter igne carnalis concupiscentiæ, & inquinabitur pice lubricalis vitæ, discurrendo per

A mortifera itera gula, luxuria, avaritia, superbia, & inuidia, velut equus eſſrānis, sine timore, & tamquam insensatus sine ratione. Si enim vir potest tentationibus refūtere, occasione remota, quid in medio laqueorum p̄fsumis, mens infirma? Deserat ergo nouis religiosus parentum, fratrum, consanguineorumque consortia, ne eorum colloquiis distrahatur, curis tepeſcat, & amore corum, quæ deseruit, iterum ad mundana refūtia.

B Quintum tandem documentum. Illos religiosos nouitius ſuſcipiat, illos aeat, illos imitetur, quos videtur reguli obſeruatores, virtutis amatores, sanctitatisque cultores. Tepidos verò, & ignauos non videat, ſi viderit, non contemnat, ſed ipli ex corde compatiens, illorum gesta non imitetur. Fieri enim non potest, vt inter multos non reperiantur aliqui non bene incidentes, otiosè ſe gerentes, regulares obſeruantias, aut ſerpentes, aut transſredientes. Si enim in cœlo Lucifer, & Angeli apostolæ inueniuntur, ſunt. In paradiſo ſerpens ingrediuim habuit, & in cœtu Christi Iudas Apostoli locum occupauit: Quid mirum, ſi in religiosis coetibus nonnulli reperiantur, qui valedicentes puritati vita, non religioſe, ſed ſæculariter viuant? At prudens tyrunculus eos non ſequatur, quorum actus ſua mens interius iudicat, atque condemnat. Sed documentum dulcium ſapiet Bernardi ore pronunciatum. Inter eos (inquit) cum quibus viuis, feſtare meliores: in omni gradu & ordine optimis permixta ſunt pellima. Animos ſenes, & pertinaces, quos vides in hiſ abundare periculis temporibus, noli imitari: Mores vitamque illorum fuge, ne tibi ſint in laqueum, & in ruinam. O quān multos ſenes, & iudices Iſrael, rupiter vitā ſuam negligentes, rex Babylonis in terra captiuitatis & confessionis poſſidet, & quān multi iuuenes ſpiritu feruentes, Domino feruientes, vim faciunt cœlo, totiſque viribus ſibi diripiunt illud! Vt in talium p̄econia iuuenum noſtri imitarentur ſenes ut annos redrederet ſeneſta, quod tenera fert ſponte adolescentia! Si tu viſ proficiere, non respicias quid mali faciant alij, ſed quid boni ipſe facere debeas.] His doctrinis instruētus (quarum alio loco longior ſermo redibit) ſicut nouitius in tyrocinio ſuo vitam aetiam exercere, & paulatim ad diuinam contemplationem, & animarum lucra ſe disponere, vt tandem fiat Apostolicus vir, atque in omni virtute perfectus.

Bern. lib.
de ordine
vita in fi-
ne.

Vitam aetiam ad religiosos etiam rerum temporalium adminiſtratos pertinere,
¶ hi quales futuri ſint.

C A P V T XXVI.

 E R T I V M genus ope rum vita aetiam, quod ministeriis obſequij temporalis perficitur, & rebus exterioribus occu- patur, proprium est eorum fratribus, quos alij laicos, alij cōuerſos, nos coadiutores temporalis vocamus. Hī enim orationis praedium gratiæ bona & perfectæ actionis amplectentes, & Marthæ ſortē acceptantes, vitā aetiam in ſponsam acceperunt, cuius sanctis laboribus, ad diuinę pulchritudinis viſionē, poſt cursum huius mortalitatis aſcēdant. Et quidem cū veri ſint religiosi, votis ac professione ligati, non ſunt aliorum ſerui, ſed fratres amantissimi, qui amatores humilitatis effecti, alii nunc inſeruunt, vt poſtea inter primos nobiles, ſe des acquirant: re vera ſine literis sapientes, & fine

scientia

Matt. 10.
28.Ephes. 5.
29.Matt. 16.
26.

Scientiarū professione prudentissimi siquidē imitan-
tur Christum præceptorem suum, qui cū major
est omnis, tamquā verus, & naturalis filius Dei,
non tamen venit ministrari, sed ministrare, & dare
animam suam redēptionem pro multis.] Ideoque
cū filij prælatorum sint, fratres autem presbytero-
rum, qui illos ad sustinendum onus gubernationis
iuuāt: istos vērū curis exonerant, & in corporis ne-
cessitate subueniūt, à nemine sunt contemnēdi; sed
magna benevolētiæ & charitatis significacione tra-
ctandi. Nam si nemo carnem suam odio habuit (vt
ait Paulus) sed nutrit, & fōuet eam,] quanto magis
isti honorandi sunt, amore amplectundi, officiis, gra-
titudinē quæ fōēdi, quos non vniuersitas carnis, sed com-
muniō spiritus, quæ strīctor est, nobis in eadem vita
religiosa cōiunxit: Diligimus manus, quia sunt mē-
bra nostra, corporali adhæsione copulata, & cæteris
membris vtilia, sine quibus, nec nobis ipsi, nec aliis
succurrere, neq; humanas functiones exercere pos-
semus. Sed isti manus nostræ sunt, nobis ciudem vocationis
vinculo cohaerētes; nobis adeo vtiles, vt sine
illis, nec tranquillē orate, nec pacatē legere, nec sine
follicitudine, aut verbo docere, aut scripto erudire,
aut aliis ministeriis proximos iuuare, nec nostris sub-
uenire necessitatibus valeremus. Ipsi autē religiosi
laici suum statum cognoscētes; vocationēmq; reli-
giosam amantes, non debent more mancipiorū, sed
germanorum, seruire: seruant quidem, nō vt famili,
sed vt fratres, non vt serui, sed vt fōdāles: non vt pe-
dissequi, sed vt filij charissimi. Seruiāt, non intuitu
alicuius mercedis allecti, non timore prælatorū coa-
cti, sed vt veri religiosi, qui ad perfectionem aspirat
diuini amoris obtentu. Seruant taliter, vt alii famu-
lando, & in infimis obsequiis ministrando, à suis af-
fectibus libertatem, & fastigium sanctitatis acqui-
rant. Seruant denique fratribus, in quibus Christum
debent inspicere, ea reuerentia, eo charitatis affectu,
quo Christo ac discipulis eius Martha seruuit.

Hos ergo fratres nostros dilectissimos instruamus,
quo pæcto in vita actiua se debeant occupare, & vt
religiosos decet, in humiliis seruitiis laborare, quo
aliis ministrandis, sibi ipsi in omni genere virtutum
proficiant. Illud autem primō statuendum est, quæ
propriæ emendationis exercitia in tyrocinio didicē-
rant, nulla ratione debere illos prætermittere. Sunt
enim illa omnis vīte spiritualis fidamina, & vniuer-
sa perfectionis initia, quibus sublati, religiosa vīte
structura procumbet. Qui ex vna scientia ad aliam
addiscendā transeunt, non id faciunt, vt priorem
dediscant, sed vt conseruent, & posterioris adiectiō-
ne perficiāt. Qui iactis domus fundamentis patentes
adificat, non id agit, vt fundamēta tollat, sed vt ipsa
in suo loco manentia, reliquias partes adificij susti-
neant. Qui pulchram imaginem delineare contendi-
t, que hesterne die laborando depinxit, hodie non
delet, sed nouo labore ad finem vsque perducit. Ita
religiosi, tam laici quam alii, qui ad sacerdotiam sunt
proechēdi, cūm à quiete tyrocinij exēunt, & alii min-
isteria perfectiorū curanda suscipiant, non debent
studium mortificationis, aut follicitudinem augēdæ
virtutis postmittere, sed his officiis ministeriūque
perficiere. Nullius enim momenti erit alii prodeſſe,
si sibi ipsi obfint, aut cœnobij substantiam custodi-
re, si ipso, opes sane monasterij preciosiores, dila-
pident, atque consumant. Quid prodest homini, si
mundū vniuersum lucretur, anima vērū suæ detri-
mentum patiatur? Aut quam dabit homo commutati-
onem pro anima sua?] Hæc itaque cura perfectio-
nis propriæ semper maneat: Illam omnes religiosi,
sed præcipue temporalium rerū administri, seruare,

A & promouere current: quia quo magis auersa est cor-
rum occupatio à rebus diuinis, eo maiorem solidæ
virtutis curam exigit, maiorem in via sp̄ritus diligē-
tiam requirit. Deinde illud omnino curandum, vt
quæ in bona & perfecta actione suprā diximus esse
seruanda, ea à suis laboribus abesse non sinant. Eas
actiones exerceant, quæ statui religiosorum conue-
niunt, proficias monasterio, fructuosas fratribus, nō
inutiles, neque curiosas. Ac nimur, ex videtur es-
se (inquit Basilius) quæcumque vita nostræ, & quiet-
em & tranquillitatem conferuent, quarum scilicet,
neque materia magno labore queratur, neque ope-
ra magna follicitudine diuendantur, similiterq; illæ
omnes, per quas, neque virorum, neque mulierum
indecors congregantur nobis conciliat. Si suas actio-
nes obedientia nō præscripserit, illud temporis spa-
tium illis concedant, quod satis sit, reliquā orationi
& lectioni tribuant. Locum laboris & operis, locum
solatij & colloquiorum non faciant, sed in silentio
& spe sūr actionis penitus exoluant: illud Pauli me-
moria retinentes: His, qui eiusmodi sunt, denuncia-
mus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum
silentio operantes, suam panem manducent.] Non
querant ad suum munus exercendum inepta secu-
lariū auxilia, non vanos eorū fauores, & intercessio-
nes acupentur: neque illud temporale emolumentum
querant, quod non gratia religionis, & intuitu
paupertatis tribuitur Deo in eo quod faciunt, & nō
hominibus placere cupiant, quia ab ipsis sapientia
follicitudinem, & suorum operum contemptum, à Dor-
aison vērō aternam mercedem accipient. In actio-
nibus modum seruent: neque negligenter, neq; ni-
mis sollicitè illas præstanto; nam negligētia tristitia
follicitudine: follicitudo vērō nimia animi dilitationem in-
ducit. Nec non & temporis opportunitatem captet;
nam tempora orationi destinata, actioni, sine aperta
necessitate concedere, mentis valde negligentis, &
propriam salutem spernit, indicium est Denique
vniuersa alia in externis operibus habere procurent
quæ ea meritaria efficiunt, atque perfecta.

B Sed, vt quibusdam magis specialibus erudiantur,
sui status documentis, omnino sibi persuadere de-
bent, se in sanctis religionibus in locum diaconorū
Collegij Apostolici fuisse sufficētos. Sicut enim à po-
stoli corporalium necessitatū follicitudine prægra-
uari, conuocata Discipulorum multitudine, dixerūt:
Non est equum, nos derelinquere verbum Dei co-
gitādūm vīque, & prædicādūm (& ministrare mē-
lis) cōsque ad eligendos Diaconos, ac rerum tépo-
ralium administratores instituendos, compulerunt:
Ita patres nostri, ac vīta religiosæ fūdātores, aliquos
sua vīta socios admittendos iudicarūt, quos, vt ipsi
contemplatione, & verbo doctrinæ vacarent, huius
cēmodi cursus exteriorum præficerent. Hi autem sūt
religiosi laici, aut téporales coadiutores, & sanè hi-
quales esse debeant, ex illo loco Actum Apostolorum
facile valemus deducere. Cōsiderate fratrum vi-
ros ex vobis (dix erunt Apostoli) boni testimonij se-
pitem, plenos Sp̄itu sancto, & sapientia, quos con-
stituamus super hoc opus: Nos vērū, orationi, &
ministerio verbi instantes erimus.] Iterum elec-
tionem (vt notauit Chrysostomus) turbæ fratrum fa-
ciendam relinquent: Quoniam ipsi non cōstituent
super hoc ministeriū nisi viros mites, humiles, ama-
biles, qui current omnibus inseruire, vniuersis cōm
magna charitate subuenire. Quare tales à fratrum
congregatione eligi nō est aliud, quam ab omnibus
cœnobij religiosis, suæ modestiæ ac manuetudinis
testificationem accipere. Sed quæ dona in religiosis
laicis desiderantur? Primo quidem, vt sint viri. Cōsi-

302

Basil. reg.
3.8. suis
disp.2. Thessal.
3.12.

Actor. 6.

2.

Actor. 6.
3. & 4.Chrys.
hom. 4. in
Actus.

Cassian.
lib. 4. de
influnt. c.
19.

Matt. 24.
45.

Basili. reg.
34. suis
d. p.

1. Timo.
5. 21.

1. Cor. 11.
16.

Ecclesi. 31.
17. Gre.

derate (inquit) viros ex vobis.] Nomen, vir (vt iterum diximus) nō dignitatis est, hominis stabilitatem, fortitudinem, & cōstantiam in rebus agendis significans. Vocantur igitur fratres isti viri, quoniam ipsorum est gaudenter, & diligentiter res sibi commissas tractare, & cū ingenti animi deuotione omnes labores, & officia monasterij suscipere. Tales erant illi, quos merito laudat Ioannes Cassianus, in econobiis Mesopotamiae obsequiis fratum singulis hebdomadis mancipati. Quia explore (inquit) tanta deuotione & humilitate deprophanerant, quāta nullus seruorum dūrissimo domino ac præpotenti exhibet famulatum: ita vt, ne istis quidem foliis contēti, obsequiis quā canonico iure soluuntur, etiam nocte surgentes, illos, quos specialiter hæc manet cura, studio suo repleuerent. & ea quā ab ipsis perficiēda sunt, furtim præuenientes implere contendant.] Isti re vera erat viri, qui non statim lassabantur, nec leuissimo labore diffenti, more puerorum fatigatiōnem simulabant, sed tanquam strenui operarij, pondus diei, & æstus sustinebant.

Item, vt sint boni testimonij,] hoc est, bona opinio nis inter fratres, ab eis consequenter exigitur. Hanc bonam opinionem, & apud domesticos, & apud externos habeant necesse est. Apud domesticos, tum acquirent, tam conseruabunt, si fideliter, & prout cuiq; opus fuerit, res monasterij distribuerint, neque supra quām necessarium sit, alieui, ob amicitiam erogantes, neque ab aliquo, quod opus habet, auersionis aut odij causa detrahentes. Ex quo eorum quiique in extremo die audier illud Salvatoris elogium; Fidelis seruus, & prudens, quē constituit Dominus super familiam suam.] Quantū momenti sit hæc obsequiorum æqualitas, magnus Basilius edocet. Diligenter illud circumspicant (ait, coadiutores alloquens) vt faciles se ad omnes, & clemētes præbeant, neque suspicionem alicui aliquam commoueant, maioris alicuius erga aliquos benevolētia, inclinationisve animi propensionis: quemadmodum Apostolus præcipit, sic dicens: Nihil faciens in alteram partem declinando,] aut contraria similitatis, contentionisque: quod vitium tamquā ab omnibus Christianis alienum, idem Apostolus reiicit, cūm dicit: Si quis videatur inter vos contentiosus esse, nos talem confuetudinem nō habemus, neque Ecclesia Dei,] vt ob eam causam, iis, quibus infensores sint, necessarias res subtrahant, & illis, in quos animi inclinatione propendeant, amplius, quām quantum sit opus, largiantur, quorū alterum fraterni est odij, alterum amoris vitiōsi, quod est vitium maximē infame.] Ne itaque bonum testimonium suū inter fratres dilapident, & tam graue crimen, aut odij, aut infamis amoris incurvant; in omnibus Christū agnoscant, propter illum fratribus obsequātur: & hac ratione vnicuique tribuent proportionē quādā æqualem obsequij mensuram. Apud externos vero erunt quoque huius bonae opinio nis participes, si non sacerdularia, non vanā, aut incipiāt, aut ab aliis coepita cōtinuent alloquia: si illos modestē ad bonam frugem exhortētur, aut certe negotia sibi commissa pro vnu monasterij breuiter tractent: si ad mensam inuitati, humiliiter conuiuiū recusent, vel si id fieri non possit, nec sordidi sint, nec voraces, nec vina pretiosa, nec epulas exquisitas querāt, sed cibis communibus temperat sumptus, corporali necessitatē prouideat. Atque in ista occasione, in qua maius est offensionis propriæ & alienæ periculum, illud Ecclesiastici sibi dictum existimet: Ne comprimiras in conuilio,] Intellige, quās sūt proximi tui, ex te ipso: Vtere quasi homo his quās tibi apponuntur, ne cūm manducas

A multū, odio habearis. Cessa prior causa disciplinæ, & noli nimius esse, ne forte offendas. Et si in medio multorum fedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prius poscas bibere.] Si denique apud sacerdulares, vt religiosi, non vt aulici vivant, quā modestia, quā humilitatis, quā mansuetudinis, quā cultus diuini sunt, nullatenus prætermittant.

Præterea, quod sint pleni Spiritu sancto Apostoli ab ipsis requirunt. Erūt autem Spiritu sancto repletī, si in obsequiis temporalibus anima querant puritatem, & in ministerio corporis, perfectionem sui spiritus concupiscant. Sic enim veri religiosi, sancti nimurum, modesti, & humiles effecti, digni erunt, quos Spiritus diuinus inhabitet. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet factū, & auferet se à cogitationibus quā sunt sine intellectu.] Nullus, quantumvis occupatus, ab isto desiderio querendā sanctitatis excipitur. Hæc quippe generalis est regula (inquit Dionysius) quod omnia exteriora, & corporalia, ad spiritua lia & inferiora sunt ordinanda, sicut media referuntur in finem.] Spiritus hic diuinus illos replens, qui magister est ordinis, & origo puritatis, docebit huiusmodi viros rectam intentionem tenere, & ordinem in agendis seruare. Quā duo (auctore Bernardo) valde sunt in vita actiua laborantibus necessaria. Sed & ipsam quoque Martham (ait) admonitam esse necesse est, id maximē quā inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Erit autem fidelis, si neque quā sua sunt, querat, sed quē Iesu Christi, vt sit intētio pura, nec suā faciat, sed Domini voluntatem, vt sit actio ordinata. Sunt enim, quorum non simplex est oculus, & recipiūt mercedem suam. Sant, qui seruntur propriis motibus animorum, & contaminata sunt vniuersa, quā offerunt, quippe cū voluntates eorum inueniantur in eis.] Tunc ergo hoc sancto hospite replētur, & habet aliquod huius habitacionis indicium, cūm recte intētio, & quietis, ac ordinis in suis laboribus participes effecti, mētis perfectionem non obliauitur, sed eius causa laborū pensum absoluunt. Tandē pertinet à religiosis laicis, quod sint pleni sapientia. Mirum profectō, & ad modum cōsideratione dignū, ab illis, quibus scientiarum studium interdiscit, sapientiam, mētis & plenitudinem sapientiæ requiri. Sed non ea sapientia requiritur, quam in voluminibus legimus, & nō semel tamquā as sonans, & cymbalum tinniens effundimus, sed quā Spiritus sanctus illos docet, scilicet, rerum agendarum industria. Oportet eos non esse recordes, neque ignanos, sed habere soleritatem diligentiā, discretāmque prudentiam, quā munera sibi commissa, nō vtcumque, sed cumulate, & ex toto perficiat. Oportet eos pro sapientiā sibi data sic exteriora ab obedientia iniuncta disponere, vt nec otio torpeant, nec vim mētis immoderatis laboribus frāgant. Otiosi enim mens (inquit Laurentius Iustinianus) nihil aliud cogitare, solum quādē escis, aut de vētre, & qui otiosa quiete perficitur, nō spiritualiter vixerit, more pecudum vitā ducit. At contraria, dum plus iusto caro per inordinatos labores affligitur, etiam ab exercitatione boni operis eneruatur, vt ad orationem, vel lectiōnem non sufficiet, dum incidēt vitorū quādē in se funditus per labores suffocare festinas. Hoc ergo proprium huius sapientiæ est (quā nō multa loquitur, sed multa peragit) & industria sibi demandata perficere, & inter otium, nimirūque laborem, medium discrete exercitationis assumere. Nemo autem sibi facile persuadet obedientia onera hoc medium excedere, quia saepe caro sibi amatrix īmoderata, & feruoris oblitera, imprudentem labore reputat, quem prælatus maiorī dis-

Sapient.
1. 5.

Dionys. de
laude vi-
tae solit.
art. 25.

Bern. ser.
3. de af-
fempt.

Inflim. in
ligo vīa
irat. de
sobr. c. 4.

C E D

D

E

cretionē

cretione illustratus, moderatum, & virtibus subditus accommodatum, considerat.

Magna profectio sunt haec, quae in fratribus coadiutoribus exoptantur. Ex quo le non tam religiosi, sed famulos, quam veros religiosos esse, & homines Deo consecratos, intelligent. Sed mihi est valde, quod multitudine fidelium tantis virtutibus non impletur, immo praeter istas aliam efflagitat. Vnde Lucas subdit, Et elegerunt Stephanum, virum plenum fidei, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & alios, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum, ut eis manus imponeant.] Ultra predictas qualitates, fidem, hoc est, fidelitatem, exposuit, quod isti fratres sibi persuadeant, se fidelissimos, tu in rebus administrandis, tum in cura adificationis, ac in desiderio boni spiritualis religionis esse debere. Hoc vero non erit ipsis difficile, si Basilij animaduertant documentum; se in huiuscmodi muneribus, non tam hominibus quam Domino ministrare. Sanè cuius (ait) tu reliqui omnes, qui aliud quodus vtile ac

Actus 6.

Basil. reg.
34. fuf.
disp.

A necessarium fratibus munus administrari, eismodi & animum adhibere, & studium debent, proinde, quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrant, qui pro incredibili sua bonitate, delata iis qui se ipsi consecrarent, honorem ac studium perinde habet, quasi ea ipse accepisset, & pro his caelestis se regni haereditatem daturum promittit.] Itaque frater licet te praelatus auctoritate præcellat, literatus scientia, prædictor arte bene apte dicendi, sacerdos ordine ac dignitate sacerdotali, sed fidelitate in tuam religionem, neme te superet. Sciant vniuersi religiosi te zelare pro domo Dei, & pro disciplina religiosa seruanda; nullum incommode timere, nullius vultum aut auctoritatem reveri. Sciat, qui domo exit vel ad confessiones audiendas; vel ad personas visendas, vel ad quodius opus peragendum, locum secum habere zelatorem boni communis, qui nihil non occultandum celabit, qui nullis minis, vel precibus alicuius contrarium statui religioso fieri permitteret.



PARS QVARTA

De substantia, fine, & officio vita contemplativa.

IT AE contemplativa tractatio, omnia que ad studium contemplationis pertinent videtur exigere. Sed aliud est speculando eius naturam inquirere, aliud vero mentem ad contemplationem dirigendo, huius varias species edicere, & rationem contemplandi, & fructum ex contemplatis eliciendi demonstrare. Illud nunc nos tractare volumus, quod proprium est huius, quam scribimus, disputationis: istud autem in postremam istius operis partem, ubi propriam habet sedem, reuiciemus.

De dupli vita contemplativa, & de qua illarum in sequentibus tractandum.

CAPUT XXVII.

VITA activa ad vitam contemplativa transiū faciamus, que inter partes spiritualis vita, secundum, ac veluti mediū locum obtinet. Animus enim tanto conatu ab amore creaturarum annullus, & tot laboribus sanctorum actioni purgatus, quid aliud cupit nisi Deum suum, oculo supernaturalis luminis, intueri, & mysteria caelestia contemplari? Hoc autem præstat vita spiritualis ea pars, qua vocatur contemplativa; cuius munus est ut statim dicimus) mente rebus terrenis & curis saeculi huius exempli, chorus Angelorum inferre, & vsq; in Domini solium penetrare. Illius vita contemplativa duos fasce, atque ex parte esse modos, sive rationes, nemo est qui ambigat. Altera est illorum, qui eremi secreta petentes, sine prælato, sine eiusdem propria locis, immo & sine aliquo teste, in antris atq; speluncis delitescentes, assidue meditationi & contemplationi vacabant. Quales fuerunt, Pauli, Antonij, Hilariones, Pachomij, Macharij, Arsenij, Simeones, & alij quā plurimi, qui Spiritu sancto interiori mouēte, hoc institutū, ac vita genus agresti sunt. A quo, nec fragilis mulierū sexus abhorruit, cū legamus Mariā Ægyptiacam, Pelagiā, Theotistē, & alias nō paucas feminas in eremi abdita secessisse, & so-

C las sine comite, caterua dæmonum expugnasse.

Altera, illorum, qui in cœnobiosis, sub cura prælati, consortioque multorum, in cellulis suis commorantes, & ab omnibus externis occupationibus sequestrati, oratione & contemplatione pascuntur. Cuiusmodi fuerunt Basilij, Benedicti, Branones, Bernardi, Hieronymi, Augustini, & vniuersi, qui istorum genus vita sequentes, vita quietam, ac omnibus mudi curis exolutam, aut coluerunt, aut colunt. Quam viuendi rationem vniuersa religiosa femina, tamquam fanciliorem, & muliebri fragilitati aptiore, nostris temporibus professæ sunt. Illam priorem viuendi rationem, anachoreticam, hanc vero posteriorem cœnobiticam, vocavit antiquitas, eis ab ipso instituto appellationem tribuens. Nam Anachoreta, illū qui ab aliis secedit, cœnobita vero eū, qui in monasterio viuit, designat.

Vita contemplativa, que in solitudine sine prælato, sine socio, & sine teste transigitur, paucissimorum est, & magnis periculis, atque incommodis nō caret. Si enim aliquibus cogitur, illi profecti sunt, qui diu in cœnobiosis versati, & in omni genere mortificationis exercitati, ac vniuersis instructi virtutibus, inspirante Deo, & prælato anniente, ad eremum confluunt, vt in carne mortali Angelorum vitam imitetur. Sicut autem pauci admodum sunt, qui ad hanc mortificationem, ac omnium virtutum absolutionem perueniant, ita multi esse non possunt, qui ad hoc vitæ genus amplectendum inueniatur idonei. Proclus paucorum est, inquit Beatus Laurentius Iustinianus, qui humano destituti solatio, quoad vixerint, laudabiliter

Laurent.
Iustini lib.
de vit.
solit.